

5386

1743, 6a

13
44
3

DISSERTATIO IN AVGVRALIS
DE
PROBABILITATE
IN
ARGVMENTIS QVAE PROFERT
DENVNCIANS
RITE DETERMINANDA
AVCTORITATE
MAGNIFICI
ICTORVM ORDINIS
IN ALMA ALTORFINA ACADEMIA
PRO LICENTIA
SVMMOS IN VTRQVE IVRE HONORES
CAPESSENDI
PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI
EXHIBITA

A
CHRISTOPH. GOTLIBIO RICHTER,
NORIMB.
IVR. CANDID.

D. DECEMBR. A. R. S. CI CCCCCXXXIII.

ALTORFII
TYPIS IOH. GEORGII MEYERI ACAD. TYPOGR.

DIRECTIONS OF A MARCHER

PROBABILITATE

ARGUMENTS OF A REPORTER

DE MIGAUS

OF THE PRACTICAL

ART OF MARCHING

FOR THE USE OF THE MILITARY ACADEMY

KUTTA MIGAUS

WITH AN APPENDIX OF NOTES

BY MAXIMILIAN ECKMANN

TRANSLATED FROM THE GERMAN

BY JAMES G. COOPER

WITH AN APPENDIX

OF NOTES BY JAMES G. COOPER

WITH AN APPENDIX OF NOTES

BY JAMES G. COOPER

VIR PERILLVSTRIS, GRATIOSISSIME DOMINE!



Ontigit mihi haut ita pridem, TIBI,
PERILLVSTRIS VIR, conatus stu-
diorum meos aliquo modo placu-
isse. Testaturus pietatem, TIBI
quae se devotam profitetur dedica-
vi leve scripturae genus. Ac quidem pro tua humanis-
sima benignitate excitasti conatus, qui TIBI redderent
maioris momenti specimen. Quod quum te Auctore
suscepimus, vires intendamus, ut propediem exhibeam
elaboratum, patriae ornamentum quoddam describens,
ex tenebris fere erutum abs te quod cives nostri vident.

Cui

Cui rei perficiendae moram quum interposuerit absentia
mea honorabilis, TIBI me non posse non melius ex-
cusatum esse confido, quam si TVIS oculis, censurae
TVAE limatissimae subiicerem redux, Dissertationem
meam inauguralem, quam in hac Academia patria ela-
borabam. Tenuis tenue trado, pretium quod ipsi con-
stet, ex TWO annutu expectans. Qui meis votis si respon-
derit, felicissimum me praedicabo despondens pietatem,
quae TIBI testis esse posset, quid valeat Clientibus bene-
volentia Maecenatis. Servet TE, VIR PERILLVSTRIS, Nu-
men Divinum in patriae commoda, in bonorum solamen,
in gentis TVAE splendorem, in spem et meam, quae TE
promovente fructus placidores feret. Vale et quo us-
que huc dignatus es, favore TWO dignare in posterum

VIR PERILLVSTRIS
GRATIOSISSIME DOMINE

DEVOTVM CVLT.
CHRIST. GOTTL. RICHTERV.M.

PERILLVSTRI
GENEROSISSIMO, PRUDENTISSIMO VIRO,
DOMINO
HIERONYMO GVILIELMO
EBNERO

AB ESCHENBACH, IN GVTTENBURG, ARTELSHOFEN
ERLENSTEGEN ET REL.

S. R. I. E^QVITI

S. CAES. MAIESTATI A CONSILIIS ACTVALIBVS
CORONAE ET INSIGNIVM IMPERIAL. CVSTODI
PERILLVSTRIS AC LIBERAE S.R.I. REIP. NORIMBERG.
TRIVMVIRO, ECCLESIARVM EPHORO, PROTO-
SCHOLARCHAE
ACADEMIAE ALTORFINAE CVRATORI SVPREMO
CANCELLARIAE ET CVRIAET TUTELARIS PRAESIDI
GERONTOTROPHII MENTELIANI PRAEFECTO
ET REL.

SENATORI CONSVLARI

HEROI TOGATO
IMMORTALITER
DE PATRIAET REBV MERENTI
LITTERARVM PROMOTORI
PATRIAET QVICQVID PROFICVVM
ET SALVTARE CONTINGIT
AMPLIFICATORI
INDVLGENTISSIMO PATRONO

A
DEO OPTVMO MAXVMO
VALETVDINEM BONAM
REGIMINIS AVSPICATOS SVCESSVS
VIRES LONGAEVAS, SENECTVTEM
GLORIA SVFFVLTAM
MERITORVM FRVCTVS DVLCISSIONIS
GENTIS INDIES INCLARESCENTEM
FVLGOREM
FELICISSIMA QVAEVIS
RELIGIOSE PRECATVS
PIETATE OMNI
QVAE VLLO IN CIVE ESSE POTEST
DISSERTATIONEM IN AVGVRalem

D. D. D.

CHRISTOPHORVS GOTTLIBIVS RICHTER.
TANTO NOMINI
AETERNUM DEVOTISSIMVS.



Q. D. V.
§. I.

Probabilitas est complexus plurium requisitorum, sed non omnium ad veritatem rei cuiusdam afferendam.

§. II.

Requisita dicuntur ea, quae simul sumta, continent in se effectum rei;

Sunt igitur rationes partiales, quae coniunctae subiecti praedicatum in aliqua Propositione determinant.

§. III.

Certum quid est, quod habet rationes omnes sufficientes, cur potius sit, quam non sit.

(Ex principiis logicis.)

§. IV.

In probabilitate igitur non datur certitudo, consequenter, qui probabiliter rem determinat, certam suam esse determinationem afferere non poterit.

A 2

§. V.

§. V.

Et quoniam Requisita veritatis sunt rationes partiales §. 2; Cognitio certa erit Totum. Probabilitas consequenter aestimanda est pro numero quodam Partium Certitudinis.

§. VI.

Opinio est propositio insufficienter probata, et oritur ex insufficienti sensuum, seu nexus Idearum, cognitione.

In Aristotelicorum Logica vox Opinio significat Propositionem probabilem. Recedere hanc a nostra definitione ratione conceptus, quisque videt. Legimus eam in Lib. I. Topic. I. Def. Arist. Vulgarem innuit probabilitatem. In eo autem culpa non redarguit Doctorem, qui in eo totus erat, ut de veritate demonstrativa differeret. Quae igitur ad probabilitatem spectant in eiusdem libris, non ad disciplinas philosophicas, seu scientias vere tales, sed ad Oratoriam referenda, ad Poësin. Notum cuique erit, quid voluerit Cicero dicendo: Probabilis orator.

§. VII.

Dissent Probabilitas a Certitudine §. 3. ab opinione §. 6. et credulitate, si rem pro vera habemus, quae paucissima requisita habet ad probabilitatem.

Quid valeat futilis et inanis illa Doctrina Pontificiorum. Probabilismus dicta, ex §§. praeced. elucet. vid. Cotta in II. Dissert. de probabilismo morali, quae gallice translatae prodierunt sub tit. Traité du dogme de la probabilité à Reims 1731.

§. VIII.

§. VIII.

Si plura requisita adsunt, quae in se rationem continent, cur subiecto congruat Praedicatum; quam adsunt in alia propositione, Propositio vocari solet Probabilior. Cartes. Meditat. de prima philosophia med. I.
p. 8.

Probabilius itaque est, quod e. g. ita se habet:

$\frac{1}{2} : \frac{1}{2} \equiv A. : B.$
scil. in Prop. A adsunt tot requisita, quae in relatione ad prop. B. se habent ut $\frac{1}{2}$ ad $\frac{1}{2}$ certitudinem.

§. IX.

Ergo dantur gradus in Probabilitate.

§. X.

Improbabilitas est, si argumenta contraria propositioni minoris ponderis sunt, seu si pauciora adiungit requisita §. 2. 8.

Ponas Casum: Mevium obaeratum de fuga suspectum esse. Improbabile id tibi videtur. Requisita ad τὸ de fuga esse suspectum determinandum, possunt esse.
 1.) Mevium semper fuisse pravae indolis, hominem sua perdentem. 2.) clandestina praeparatio se subducendi. 3.) eum quod potissimum est ex facultatibus, iam praemisisse. 4.) creditoribus ne quidem ullam promptitudinem solvendi praestare. 5.) Praetextus itineris hereditatis adeundae caussa, cum nulla adsit apparentia sibi esse exteris cognatos. 6.) variatio in caassis itineris, in locis ad quae in recensendis circumstantiis. 7.) tenuitas facultatum notoria, et aeris alieni nimia quantitas.

A 3.

Ponas

Ponas e contrario argumenta:

- 1) Mevium litteras attulisse, quae de hereditate sibi relata eum certiore faciunt, et quidem litteras publicas a magistratu, cui testamentum fuit oblatum.
- 2) Mevio semper animo esse veritatem et constantiam.
- 3) Te vidisse ipsum, quid sarcinis imposuerit iter paraturus.
- 4) publice et palam dixisse, se velle proficisci, idque ipsum creditorum summam praeterea maiorem poscenti indicasse.

Vides tria hic deficere requisita ad Propositionem positivam quae sit A.

A : B :: 6 : 4.
Concludis ergo in dato casu, improbabile esse, Mevium fuga se subducturum.

§. XI.

Hypothesis est propositio, quam ideo pro vera adsumimus, quia proprietas, et effectus rei inde explicantur.

Debemus hanc definitionem Ill. Heineccio in Phil. P. I.
C. III. Sect. III. §. CXXXI.

§. XII.

In probabilitate sunt rationes partiales §. 5. sunt Requisita eiusdem §. 2. possunt esse, et haec Hypotheses §. 11. et ex Logica. Ergo hypotheses quoque adferunt quid ad probabilitatem.

In Corollario §. 10. Requisitum Imum est hypothesis.

§. XIII.

Earundem qualitatum discriminem internum, dicitur gradus.

§. XIV.

§. XIV.

Quantitas est discrimen intrinsecum similium, si-
ve id, quod similia solum similitudine differre possunt.

§. XV.

Gradus est ergo quantitas qualitatum. Hinc in re-
bus omnibus, quibus magnitudo tribui potest, conci-
pi licet gradus, et magnitudo graduum determinata.

§. XVI.

Probabilitas est pars certitudinis §. 5. Ergo con-
cipi possunt gradus in probabilitate.

Quid conferat cognitio mathematica in gradibus probabili-
tatis determinandis, quiuis intelliget. Adi Arithm. po-
lit. Wilhelm Pettus Soc. Reg. quondam sodalis Londini
1691. edit.

§. XVII.

Signum est id, ex quo alterius entis status conci-
pi potest. Status uero, praeteritus, modo praesens,
modo futurus est. Hinc oriuntur species signorum.
Signum demonstrativum, Remzichen est, ex quo en-
tis praesens status conclpitur. Signum rememorativum
Denkzeichen, quod statum pristinum ostendit; et de-
nique signum prognosticum, quod statum futurum in-
nuuit. Signa possunt esse necessaria vel probabilia.
Plurium signorum congregatio efficit conjecturam.
Coniectura et probilitas sunt unum idemque §. 1. Er-
go signa quid conferre possunt ad probabilitatem con-
stituendam.

§. XVIII.

§. XVIII.

Si ex signis vulgaribus propositio quaedam infertur, praesumtio locum habet. vid. Gundling. Log. Part. II. C. III. Sect. III. §. 26.

§. XIX.

Proverbiū est propositio universalis moralis, non nullis instantiis obnoxia. Ergo proverbia nihil certi habent §. 3. Ergo pro requisitis non vendi possunt, in probabilitate §. 5. sed referuntur inter opiniones §. 6. Si igitur proferes proverbia saltem praesumptionem constituunt. §. 18.

§. XX.

Suspicio est illatum iudicium ex signis communib[us] in deteriorem partem. Hinc conuenit cum proverbiis §. 19. Ergo est leuissimus gradus probabilitatis §. 15.

§. XXI.

Omnis cognitionis datur gradus triplex: infimus, qui sola possibilitate nititur, medius, qui oritur ex probabilitate, supremus, qui ex certitudine. Ergo medius gradus cognitionis, potest esse supremus probabilis, pro numero certorum requisitorum.

§. XXII.

Vt constet de integritate probabilitatis, requisita ad veritatem nota esse debent §. 1. Ergo calculus instituatur numero requisitorum, et cum remotiora sint postponenda proximis, proportio fiat, vires singulorum inter se conferantur; et gradus inde determinandus erit.

Ergo

Ergo non unum alterumve argumentum sive Requisitum respiciat, sed omnia, quae ulla modo ad eventus probationem quid conferunt.

§. XXIII.

Obiectum probabilitatis est examinandum §. 13. Hypotheses adstruat ergo quis firmas §. 12. cognitionem veram atque distinctam causarum atque effectuum adferat §. 2. Rationes thesi contrarias conquirat, ut gradum constitutum possit §. 15. Analysis instituat §. 16. et cum cognitio nitatur quoque experientia, casus similes revocet memoria.

§. XXIV.

Operam si adhibueris omnem, accidit nonnunquam, ut requisita pro affirmativa ratione aequipollent negativae, tunc oritur probabilitas anceps et ambigua. In moralibus adest saepe eiusmodi. Igitur probe sunt ponderanda requisita, et invenies demum in proportione rite instituta, aliud aliud antecellere, et convenientius, potiusve, et si in positivo neutrius adsit convenientia. Hinc praferendum aliquid erit. Ita probabilitate ambigua valet et regula.

In dubiis pro ordinario pronunciandum, malum praestat maiori.

Mentio hic iniicienda de illa distinctione probabilitatis in abstracto, et in concreto, quam posteriorem in probabilibus moralibus rarissime locum habere credo.

§. XXV.

Determinare est nihil aliud, quam terminos limitesque rei dare, eamque ab omni alia re distinguere. Ontol.

§. XXVI.

Hinc determinatio habet locum in gradibus probabilitatis §. 5. praec. et 15. et consistit in constitutione certa ponderis et numeri requisitorum ad veritatem probabilem, quot adesse et colligi possunt,

§. XXVII.

Argumenta rei sunt, quae continent rationem existentiae rei. Hinc sunt requisita rei. Cum autem haec determinari queant, facile est, determinanda esse requisita, et gradus eorundem in probabilitate.

§. XXVIII.

Actiones hominum sunt res, quae eventum habent et caussas. Ergo cognosci possunt. Cognoscibilia autem determinari in aprico est. Ontol. Habent suas qualitates, ergo habent discrimina qualitatum, consequenter gradus; Hinc possunt et iidem determinari.

§. XXIX.

Actiones hominum civiles sunt eae, quae imputari possunt auctori, quod existentiae reddiderit, et iudicium civile subire debent.

§. XXX.

Delicta sunt actiones hominum legibus prohibiti-
vis contrariae ad poenam obligantes.

§. XXXI.

Ergo imputari possunt auctori.

§. XXXII.

Actiones hominum sunt res facti §. 28. consequen-
ter non dicuntur adesse, nisi demonstretur, quod eve-
nerint.

nerint. Nulla demonstratio vero est sine requisitis
veritatis, sive principiis. ex Log. E requisita omnia
adesse debent, si certum quid dicendum de facto §. 3.
Sed cum bene multarum actionum cognitione ita compa-
rata sit, ut nec ratione nec sensibus nostris erui queat,
adeo ut nec existentia earundem illis principiis a nobis
percipi possit, (Per experientiam:) Aliorum cognitionem
ut accipiamus necesse est, si varia velimus fugere in-
commoda.

§. XXXIII.

Aequo possibile est, ut Iudex ab aliis cognitionem
accipiat, cum ad id detur, ut ad actionum civium con-
venientiam vel inconvenientiam cum lege attendat, ne
delicta in primis abeant impunita.

§. XXXIV.

Fides est adsensus facti propter alterius testimoniū. Cum Iudex saepe ab aliis cognitionem facti
accipiat §. 32. et 33. sequitur, ut rem quam sibi alter de-
tulit, pro vera adsumat, hincque narratis credat.

§. XXXV.

Fides supplet defectum principiorum cognoscendi.
Ergo fides non datur, si propriis sensibus seu demon-
strationibus res capi possint. Quae fides esset coeca.

§. XXXVI.

De facto alterius, testimonium pro certo non acci-
pitur, nisi pateat possibilis rei, adsit convenientia eius-
dem cum aliis circumstantiis: in deos denique et dexte-
ritas illius, qui testimonium perhibet.

B 2

§. XXXVII.

§. XXXVII.

Fides supplet defectum principiorum cognoscendi,
 §. 35. consequenter in locum succedit requisitorum veritatis §. 2. 3. Sed fieri potest ut quod alter pro certo habet, saltem probabile sit, (per experientiam) E deesse quoque possunt nonnulla requisita testimoniorum ; et cum haec probabilitas sit historica : In Actionibus alterius, quas factas credendum est , probabilitas datur historica.

§. XXXVIII.

Contra legem committens, tam Iure Canonico, quam Civili puniendus est a Iudice , cui competit criminis cognitio. L. 3. D. de Offic. Praef. L. ult. de nox. Act. L. 3. de Re militari Novell. L. XIX. cap. I. et II.

§. XXXIX.

Cognitionem Iudicis in Criminibus , constituunt Accusatio , Denunciatio , Inquisitio.

§. XL.

Accusatio est delatio criminis in iudicium per insti-tutam Actionem facta. I. de publ. iud. tot. tit. D. de Accusat.

§. XLI.

Denunciatio est legitima delictorum iudici ad publicam vindictam facta delatio , qua Delator liti eximitur , et iudici Inquisitio decernenda relinquitur.

§. XLII.

Leges praescribere possunt denunciationem , et injungere publicis ministris , qui ad hoc sunt constituti , ut

ut indicent; hinc audit delatio Iudicialis. Christ. Sigism.
Schacheri de Iudiciali delictorum denunciatione.

§. XLIII.

Crimen poscit vindictam publicam, hinc abit dela-
tio in Denunciationem publicam.

§. XLIV.

Accusator in lite permanere debet §. 40. Denunci-
ator autem sternit saltem viam iudici ad inquisitionem.

§. XLV.

Denuncians igitur non tanto periculo probandiid,
quod afferit, obnoxius est, quam Accusator.

Non est, quod nos moretur diversitas opinionum
diversos reddens a se invicem Doctores, de licentia di-
em alicui ob delictum dicendi, disputantes. Quantum
noceat effrenata accusandi et deferendi licentia satis
ostendit Brummier ad L. Cinc. c. 4. pr. Concedimus
cum Baiero in Intro. ad ff. p. 636. non deesse exem-
pla accusationis, verum ab iis institutae, ad quos ea
res pertinet. Ad denunciandum quilibet admittitur,
et ea tutior est, quia accusatione in plurisque locis ab-
rogata, eo magis viget inquisitio Carpz. Quaest. 103.
n. 29. §4.

§. XLVI.

Denuncians defert, §. 41. praec. communicat itaque
cum Iudice cognitionem facti, quod Iudex nescivit,
et Iudex fidem illi exhibere debet §. §. 34. 35. 36. defert
quoque facta ad Inquisitionem formandam E. ad Denun-
ciantis testimonium Iudex progreedi solet ad Inquisitionem.

B 3

§. XLVII.

§. XLVII.

Inquisitio est legitima indagatio Iudicis super delito graviori ad ipsum per denunciationem delato.

Novus iste mos Auctorem habet Innocent. III. qui istum introduxit ad forum seculare, quamvis Iure civili ad detegenda crimina inquisitio regulariter non adhibetur vid. L. 2. §. 5. D. ad Leg. Iul. de Adult. coërc. nisi in quibusdam Casibus, quos recenset Nemesis Carol. art. 8. et 219.

§. XLVIII.

Grave quid est, si sit Iudici inquirenti, innocentem honestum virum, respondere ad ea, quae fecisse, nunquam in animo habuit; rapi in Ius, cum conscientia bene actae vitae abhorreat a more respondendi ad puncta. Grave est Iudici inquirere in factum facinorosum, quod commississe dicitur persona honesta; indagare delictum, cuius existentia saltem probabilibus nititur requisitis, periculum existimationis honesti viri facere, et tandem casum evenientem experiri, si quando insons actione iniuriarum vindicet famam bonam, laesam dignitatem, honores macula aspergos. Praxis hodierna utique veritatem huius theses probat, nec quid iudici magis incumbere debet, quam examinatio proba assertorum denunciantis, adaequata ponderatio requisitorum, indagatio probabilitatis, cognitio exasciata circumstantiarum proportionumque, quae ex iis desumendae venitunt. Nostrum non est recensere cautelas Iudici inquirenti necessarias, si ipsum inquisitorialem processum formaverit; saltem tradimus Praecepta, ad quae attendat, quando denuncianti credendum sit, et quo modo fides Iudicis, non coeca sed oculata audire possit.

§. XLIX.

§. XLIX.

Denuntians asserit aliquid §. 41. Testis igitur ad instar est, quia iudex illo auctore factum credit §. 42. Sed testis omnino habenda est ratio et veniunt in censum praecipue eius indoles et natura. Ergo probe consideranda persona, quae denunciat, an etiam veritati rei eruendae fecerit satis? an facti cognitione polleat? an viserit ipse oculis, aut saltem ex fama aliorum ceperit? an ipse vilis conditionis sit, et sciat, quid decorum, quid decens sit? an superstitosus? an rudis? an morum sanctitate sit conspicuus? an a fraude alienus, an inclinationibus suis inducerit, et animi dispositioni; an auri sacra fames, et captandi lucri cupidus illum invaserit? et annon ab aliis inductus esse possit.

Impingunt iudices bene multi in hanc thesin: Experiencia testatur, saepius Iudices, et denuntiatorum similes similibus gaudere, in primis in processu denunciationis et summariae explorationis der Summaris. Vernehmung, quies poena tantum pecunaria, vel carceris, vel etiam nummellarum absque relegatione dictitatur.

§. L.

Sensus indubia sunt veritatis principia, si recte adhibeantur, nec vitium subreptionis committatur: Oculatus itaque testis denuncians, primum obtinebit locum. His subordinantur auriti testes, qui autem nimium interesse differunt. Auritus testis denuncians igitur audiendum, si rationem delationis habuerit in oculato, aequipollit huic.

§. LI.

§. LI.

Factorum ratio , quae declarari debet , diversa est. Itaque qui perspicit rationes illa determinare poterit. Vnde illud ἔναστος καλὸς κριτὺς τῶτων ἀγνώσκων. In vulgari cognitione autem , quae cadere potest , et in imperitos , simplicissimi denunciantis delatio aequipollent testimonio doctissimi. Vterque enim sensibus gaudet.

§. LII.

Quae contradictionem involvunt , esse non possunt. Ergo ad falsitatem narrati , vel totam vel partialem concluditur , si insint repugnantia.

§. LIII.

Crescit probabilitas pondere et numero requisitorum §. 8. Actiones hominum pro communi ratione motivorum , quibus pelluntur , existunt (per praecincta moral.) ergo et hoc observandum , si iudicari debet de veritate. Si enim ei de quo quaestio est , similia evenerunt , simile de quo agitur se commendat probabilitate.

§. LIV.

Collisio argumentorum probabilitatis adesse potest §. 24. et tunc existit probabilitas anceps , ibid. ICti autem eligunt illam , quae 1) respondet Iuri Nat. 2) quae iuris Analogiae magis convenit. 3) quae rei publicae commoda magis , prae altera concernit 4) quae convenientis est cum hodierno statu hominum. Iudex vero et ICtus esse debet saltim iuris cognitione polleat (per univer-

universum Ius) Ergo et ad haec attendat, si delatum ipsi fuerit aliquod factum.

§. LV.

Requisita probabilitatis desumi possunt, ex persona, contra quam denunciatur, statu, et conditione, utpote quae saepius proclivorem reddit ad delicta, saepius praesumtiones p[ro]ae se fert, eandem non incucurrisse delicta. Quae omnia ad determinandos gradus probabilitatis non exiguum partem conferunt.

§. LVI.

Maxime probabilis Propositio poterit esse falsa. Qum enim in probabilitate desint omnia requisita per defin. §. I. omnes gradus probabilitatis quidem determinati esse possunt, sed ex deficientium requisitorum numero facile adesset unum, quod ob pondus et qualitatem suam intrinsecam reddet propositionem fallam, sed falsitatem saltem demonstrabit contrarius eventus. Poterit autem adesse propositio minus probabilis quidem, sed tamen vera. Ergo minus probabilior p[re]ferenda erit maxime probabili, vi §. 54.

Plane id conveniens est p[re]ceptis moralibus, id quod disserens ulterius exemplis illustrabo. Saltem mihi testis est de la Bruyere dans le Chap de quelque usages p. m. 506. un. coupable puni est un exemple pour la Canaille : un Innocent condamné est l'affaire de tous les honnetes.

Corollarium generale.

ET haec sufficere queant, quae prolixiores differendi materia suppeditare possent. Postularer res C fane,

sane, ut exhiberem casus, exempla, proportiones, determinativos graduum calculos. Sed quum animus sit, ut DEO bene volente, commentatione peculiari rem hanc attentione dignissimam absolvam; adumbravi saltem quae pensillo sum depicturus. Tractatio causarum forensium, tempus, vires in addiscenda bona progredientes, si olim responderint voto meo, non oblitus pollicitationis Reipublicae factae, recensebo prolixius, quae angustiora B. L. oculis tuis subieci. Specimina academica gaudent beneficio, ut vires saltem ex iis conspici possint, quibus in penetralia Musarum progredi feliciter datum fuerit. Quod reliquum est, moneo, ne credas me rem indeterminatam adcurate determinasse. Perpendas quod Aristoteles olim tradidit posteritati nobisque sibi posteris Rhetor. Lib. II. cap. XXIV. p. 448.

Tάχ ἀν τις ἐικός αὐτὸ τετέναι λέγοι,
Βροτοῖσι πολλὰ τυχάνειν οὐ εἰκότα.

S. D. G.



Quem ille tuus fugiat doctrinae strenuus ardor?
Fructusne hinc capias? dulcis Amice! capis,
cape.

Haec pauca cum voto omnigenae pro-
speritatis apponere voluit

PHILIPP. LVDOV. BECK, I. V. C.
Opp.

Ivsta Themis merito quos iam TIBI spondet honores,
Dignaque, nunc laeta mente brabaea cape.
Cum tot laetandi causae, tot vota parentur,
Quis me detineat, iungere vota mea!
RICHTER sis faustus, felix, semperque beatus,
Solamen miseris, atque decus patriae.

Gratulabundus sincerique animè
testandi ergo haec apponere
volutuit

HIER. HENR. WESTERNACHER
DE GROSA, Oppon.

Dum iam concendis magna cum laude cathedram.
Monstras ingenii quid bonitate queas.
Itaque mox meritis Te praemia digna sequentur:
Quae laetus gratulor, Fautor amande Tibi.

Hisce se obsequiosissime commendat
IOH. IAC. SOLGERVS, Veld. Nor.
Opp.

Prae-

Praemium quaeris studiorum, et ambis
Docta honores non male mente dignos.
Catta complaudit tibi iam Minervae, et
Norica sedes.

Vtere hinc DOCTISSIME CANDIDATE!
Fructibus certis studiorum. Et omnes
Iam tibi aplaudunt. BENE! fronte, FAVOR
DOCTE! serena

Hoc sacerdotum TIBI gratulantes,
Quod capis mox, iustitiae brabeum,
Ut lares laeta patriamque rursus
Fronte salutes.

En! CLARISSIME DOMINE CANDIDATE,
pauca haecce, ut, quanti te studiaque
TVA faciat, videoas, adscripsit

IOANNES ANDREAS Häuslein, Weissenb.
Philos. ac Doctr. divin. Studiosus.



Alt-dorf, Diss., 1742

X 2389282



1743, 6a

DISSE^RTATI^O IN AVGVRALIS
^{DE}
PROBABILITATE
^{IN}
ARGVMENTIS QVAE PROFERT
DENVNCIANS
RITE DETERMINANDA
AVCTORITATE
MAGNIFICI
ICTORVM ORDINIS
IN ALMA ALTORFINA ACADEMIA
PRO LICENTIA
SVMMOS IN VTRQVE IVRE HONORES
CAPESSENDI
PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI
EXHIBITA
A
CHRISTOPH. GOTLIBIO RICHTER,
NORIMB.
IVR. CANDID.

ALTORETTI
TYPIS IOH. GEORGII MEYERI ACAD. TYPOGR.

TYPIIS IOH. GEORGII MEYERI ACAD. TYPOGR.